



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

De aliquibus ignium experimentis. Cap. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

De aliquibus ignium experimentis. CAP. XII.

ALIQVA subdemus experimēta, extra reliquorum
classē, quæ satius sericuisse constitueram. Dicē-
mus vt altiora excogitandi non desit occasio. Si vis

Æneorum tormentarum pila profundius penetrent.

In præfixum lignum, vel murum, id leui artificio facile
poteris experiri. Pila in cauum potius arde, quam latè
subintret, sed ante immisionem oleo madeat, & in ca-
uum iniice, hæc vi ignis displosa, duplo plus intus pe-
netrabit. Ratio prompta est, oleum enim facit vt aeris
transpirandi tollatur occasio: nam omni obstructo spi-
ramento maiori violentia oblucentes intus flammæ
pilam explodunt, vt latius dicemus. Sic etiam pilæ tor-
mentorum æneorum maiori violentia penetrabunt, &
larido perunctis sclopi pilis grauis armaturæ equites
transiciuntur. Possumus & solerti quodam artificio

*Hominem confodere pila, sine introitus vel exitus
pila vestigio.*

Ad eò humana mens attollitur, vt inuenerit hominem
vtrinq; pila traicere, vt neq; vestigium vulneris reperi-
ri possit, etsi interna viscera omnia contundantur, &
transuerberentur. Cogitato, quæ grauia, solida sint, &
adeo subtilia, vt penetrando transitus vestigia nō relin-
quant, & idem efficiant, etsi vnita, ac dissociata fue-
riat, & vnaquæq; pars per se sola agat, quæ vnita factu-
ra erat, diximus vt ignaris, & impijs tollatur peccandi
ocasio. Vidimus

*Sclopo plures ictus inferre, sine noua pulueris
repletionē.*

Est à præclaris militibus vsitatum non solum maiori
æneo tormento, sed manuali sclopo. Res ita fiet. Circa
virgam, quæ in cauum os sclopi immittitur, papyrus ter,
quater obubluatur, & extracta virga cauum illud pul-
uere reple, & pila, hinc inde pilæ obturentur, & gluti-
nētur, ne scissura vlla chartæ appareat, primo immuta-
tur in sclopū, sed laxè, vt puluis supra immissus ad spi-
taculum inferius peruenire possit, mox puluis indatur

ad mensuram supra, & pila calcetur, indito ad spiraculum pyrio puluere, & igne admoto, explodetur superior pila ex suo puluere, mox ex spiraculo stylo immisso perforetur charta, & puluere cibetur, & iterum ignis admoueat, nam paruo temporis interuallo duos ictus infliget. Poterimus

Fumo oculos occæcare.

Quod in ciuitatùm insultibus, & congressibus hostium valdè proficere poterit. Sed primò considerandus erit ventus, vt terga nostrorum feriat, & in vultibus inimicorum fumum deferat. Confiuntur modioli, sicut laterne, capacitatis, qua in os tormenti ænei subintrent, repleantur puluere euforbij, piperis, calcis viuæ, cineris sarmentorū, & arsenici sublimati, & in cauum immittantur post pyrium puluerem: nam vi ignis impuunt modioli papyracei, & fumus pulueris si oculos hostium tetigerit, adeo infestabit, vt abiectis armis vix saluorum consulere possint.

Quomodo fieri poterit, vt candela perpetuo ardeat.

C A P. XIII.

TANDEM priusquam huic libro finem imponamus, discurrere libet ecquid fieri possit, vt semel accensa candela nunquam extingui possit, quod maxime repugnare videtur rerum mūdi corruptibilitati rationi, & fidem superare videtur. Sed videamus primò num ab antiquis sit tentatum, aut factum. Legitur Romanis in historijs, Romæ in templo Deæ Vestæ, atque Athenis Mineræ templo, atq; Apollinis Delphis perpetuum accensum ignem exstitisse. Sed hoc falsum mihi videtur: nam quam plurimis authoribus legere meminimus, ignem continuo accensum Vestales virgines curasse, ne vnquam extingueretur, vt ex Plutarcho in vita Numæ habetur, & tandem tempore ciuiliū bellorum, & Mithridatis extinctum. Et Delphis à viduis custodiebatur, curabantq; cōtinua olei additione, ne vnquam extingueretur, etiam defecisse quum Medii templum illud concremarunt. Eiusmodi erat ignis in sacris literis descriptus à Deo, Moyfi institutus. Ignis in altari meo